



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

§. 1. De reo confitente & reuocante.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

in c. excommunicamus. l. 2. de hereticis. & tradit Pegna 3. p. direct. comm. 122. circa finem. vers. quod situm est. Farinac. q. 188. n. 43. Anton. Gom. leg. 83. Tauri. num. 8. & tradunt omnes Doctores, num. 3. relati. Ratio est, quia ille non solum ut testis falsus, sed ut vere homicida puniendus est. Idem crederem dicendum, si in carcere existens testificatus obiret; quia credendum est tellem falsum causam illius mortis fuisse.

7 Dico secundum, si testis falsus haereticus alicui imponeret, si tamen veritas manifesta, est antequam poenam testificatus subiret, probabilius existimo, etiam attento iuris rigore non debere poenam mortis affici. Probo, quia poena talionis saltem in foro Ecclesiastico non est recepta. Neque in hoc casu est aliquis textus, cogens illam imponere. Nam textus relatus in c. satu hinc, praeterquam quod non est Pontificius, sed Augustinus, non probat eadem poenam plectendum esse reum, qui plectendus erat testificatus, si de facto plexus non fuit. Imo potius contrarium colligitur ex illis verbis, cui qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quae noxamentum non ardentum, sed cum effectu importat. Item rescriptum Leonis X. hoc clarius indicat, ubi conceditur facultas liberè procedendi, absque timore irregularitatis contra eos, qui vel tacendo verum, vel falsum deponendo, vel iustigando ad hanc falsam depositionem occiderunt, aut membro aliquo mutilarunt, aut bonis suis omnibus, vel maiori parte spoliarunt, &c. Ecce qua ratione de reffe cum effectu damnificante rescriptum intellegitur. Solum video legem regiam Tauri nobis contrariam esse: sed cum illa in crimine haereticis vixote Ecclesiastico, nequaquam disponere possit; efficitur sane in hoc crimine poenam mortis exequendam non esse, quando cum effectu in testificatu excoctio non est, licet exequenda foret, si verum esset obiectum: & ita tenet hanc sententiam Farinacius q. 188. num. 48. & quast. 67. num. 16 & 17. Et loquens generaliter de reite in causa capitali falso deponente, in qua effectus non est sequutus, affirmat poenam capitali non esse puniendum; quia ex consuetudine effectus non sequitur effectu, non punitur eadem poena. Non enim iustum est eadem poenam punire tellem deponentem falso, ob cuius depositionem nullum testificato damnatum irrogatum est, qua punitur testis ob cuius depositionem falsam testificato mors lucellit.

8 Dico tertio, nullam esse differentiam inter tellem imponentem falso haereticum alicui de haeresi nunquam damnato, vel imponentem falso haereticum alicui iam de illa damnato, quia in utroque casu testificatus morti erat tradendus, si firma maneret falsa testis depositio. Nam uterque debebat mori, ut imponentes negatiui, cum secundum probabilem sententiam nemini liceat faceri crimen haereticum non commissum. Ergo si testis falsus imponens crimen aliis damnato, morte plectendus est, etiam plecti debet eadem morte imponens crimen ei, qui nunquam damnatus fuit. Fateor tamen in imponente falso crimine ei qui aliis de haeresi fuit damnatus, efficacius procedere, cum hic nulla via à morte liberari possit nisi falsitas, & mendacium detegeretur. Nam siue neget haereticum impostam, siue illam fateatur mortem evitare non potest; quia in vno damnaretur ut negatiui, in alio, ut relapsus. At testificato de haeresi, aliis de illa nunquam condemnato suppetit via euadendi mortem, si crimen fateatur. Quod an fieri possit, in sequentibus examinabimus.

9 Dico quarto, si testis pro defensione inquisiti falsum deponat, v. g. negando haereticum, quam sibi constiterat commississe, obligaturque est reuelare, poena arbitraria puniendus est, dummodo non accedat ad poenam mortis, nisi forte contingeret aliquis casus extraordinarius; in quo ex falsa depositione testis, & veritatis occultatione graue damnatum reipublice immineret. sic docuit Simanc. cathol. instr. tit. 64. rubr. de testib. n. 90. vbi testatur sibi ita rescriptum esse à summo Senatu inquisitionis & in Toletana instructione 4. e. 11. ita haberi. Idem docet in enchirid. viclar. relig. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 4. Farinacius quast. 188. num. 49. & loquens generaliter de testibus quast. 67. n. 18. multis relatis exornat. Moueor, quia nullo textu cautus inuenio hanc poenam imponendam esse testi in defensionem falsi testificantis. Nam rescriptum Leonis X. in quo aequaliter de depositione falsa contra reos, vel in eorum fauorem loquitur, hanc poenam illis non imponit, solum enim ibi arbitraria poena decernit omnes illos esse puniendos vique ad relaxationem brachio seculari, quod nequaquam potest intelligi, quod hanc relaxationem omnibus debeatur; sufficit, si debeatur illis, qui sua depositione causa fuerunt, ut aliquis morti iniuste traderetur; textus autem in l. 1. §. prater ea, ff. de fidei. & textus in c. satu hinc. 23. q. 5. expresse loquitur de teste deponente contra reum, non pro reo. Ergo ex huiusmodi depositione non est inferenda testi tam grauis poena, sed fustigationis, vel tritremis, vel vtraque simul.

10 Sed obicitur: Grauiori supplicio est dignus, qui grauius offendit; sed qui deponit falsum, occultando haereticum, grauius delinquit, quam si deponeret falsum illum revelando; nam ille offendet diuinam maiestatem, hic humanam. Ergo grauius puniri debet. Et confirmo. Qui contra fideum, & reipublicam deponit, grauius poena est dignus, quam qui contra priuatum, ex textu in authent. multo magis. C. de sacro sanct. Eccles. Sed hic occultans veritatem contra fideum, reipublicamque falsum deponit. Ergo Adde causam esse, ut ille haereticus defensus, & alij per ipsi mor-

te perpetua damnentur. Si ergo cum esset occasio temporalis damnationis vita priuandus venit, à fortiori cum est causa in pluribus damnationis aeternae. Propter haec Pegna 3. p. direct. comment. 122. vers. sic par ratio eorum, exstimat curiae seculari tradendum esse hunc falsum tellem: contentit Leclius Zechius sum. 1. part. tit. de fide, rubr. de haeresi, cap. 11. num. 14. vers. quod si testes.

Verum retinenda est nostra sententia, vixote aequior, & benignior, & in practica omnino recepta. Et ad obiectionem omnino respondeo. Primo saepe grauiora peccata leuionibus poenis humanis puniri, vel quia grauiora illa peccata non sunt ita frequentia, vel quia non reputantur reipublice ita damnosa, ut patet in periurio, & sacrilegio, quod leuiori poena punitur, quam homicidium, vel adulterium, cum tamen sint grauiora peccata, & diuinam maiestatem offendunt directe. Secundo occultatio non esse ita certum grauis diuinam maiestatem offendere, qui per falsam depositionem haereticum occultat, quam qui catholico haereticum facit reputari: cum hic non solum hominem, sed etiam Deum, & reipublicam grauius offendat.

11 Fateor tamen contra huiusmodi tellem falso haereticum occultantem, posse processum formati de crimine fauore, & tanquam fauorem haereticum damnari. Illa tamen tunc non erit condemnatio ob praesentiam falsitatem, sed potius ob fauorem & auxilium ei haeretico praestitum.

12 Aduertendum omnino est, si testis falsus se ipsum delinquit, & complices si forte habuit plene manifestauit, mitius cum illo agendum esse, neque vilo modo morti tradendum, nisi in casu quo testificatus mortem subisset, sed vel carceri, vel exilio, vel tritremibus damnari debet, sic colligitur ex Pegna 3. p. direct. com. 122. circa finem. vers. cum vero iudicet, & vers. in illis modis. Simanc. cathol. instr. tit. 64. num. 95. alios referens Farinac. q. 188. num. 43.

13 Secundo aduertendum, si aliquo capite testis depositio nulla fuit, non obinde falsi poenam integre euitabit, sed solum ordinariam. At extraordinaria arbitrio iudicis puniri debet, quia vix tentauit iniuriam irrogare, & falsitatem commisit, & iudicium offendit: sic ex pluribus firmat Farinacius quast. 67. iote §. 6. num. 193. & specialiter 219.

14 Dico quinto, quod dictum est de testibus falsis, dicendum est de corruptis: quos praeter, ut prius, vel falsum dicant. Item de mandantibus, aut persuadentibus ad falsum testimonium, aut etiam de mandantibus alicui, ut testes contempnat, quia ij omnes efficaciores, & principaliores causae falsitatis esse videntur: & ita habetur expresse in rescripto Leonis X. ubi, qui ad talia committenda minus cogunt, vel pecunia alliciunt, &c. & infra, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxerit, & notauit Pegna direct. comment. 122. post medium. vers. atque hoc ipsum. Salzedo practice. c. 93. vers. & quod de testibus. Farinac. q. 188. n. 44. Leclius Zechius sum. 1. part. de fide, rubr. de haeresi. c. 11. n. 14. vers. quod si testes. Simanc. cathol. instr. tit. 64. rubr. de testibus. n. 96. & in enchirid. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 8.

15 Dico vltimo, filius, & nepos falsi testis in crimine haereticis condemnari: etiam ad poenam mortis non redditur infamis, neque aliis poenis obnoxius, quibus haereticorum filij redduntur, quia nullibi cautum inuenitur, & poene extendendae non sunt, sed potius restringendae, iuxta textum in c. edia. de reg. iur. in 6. sic tradit Pegna direct. com. 122. in fin. vers. postremo quatum est. Sanchez l. 3. c. 27. n. 25. Farinacius quast. 188. num. 54. Simanc. cathol. instr. tit. 64. rubr. de testibus. n. 92. & in enchirid. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 3. Leclius Zech. sum. 1. part. de fide, rubr. de haeresi. c. 11. n. 14. vers. quod si testes falsum deponant.

PUNCTVM XVI.

De reo haeretico.

REUS in hoc tribunali & potest esse haereticus, vel de haeresi suspectus ob fauoriam. De haeretico, vel de haeresi suspecto ob fauoriam, qua ratione aduersus illi Inquisitores procedunt, satis in superioribus dictum est, omnia enim quae de inquisitione, accusatione, & denunciatione, haereticorum quae poenis diximus huic deferuntur instituto. Sed pro illius complemento alique restant difficultate examinanda.

§. I.

De reo continente, & reuocante.

- 1 Si falsus sit haereticus, ex illa confessione condemnari potest.
- 2 Debet tamen confessio esse specialis, quae specialem haereticum declarat.
- 3 Si reuocet confessionem in continentem, vel probet esse errata falsum esse, valida est reuocatio.
- 4 Reuocatio non in continentem facta, neque errore probato non excusat, nam si alij contrarium sentiant.

1. Contingit

Contingit sepe heresim quem fateri, & postea reuocati confessionem factam. Dubium ergo est, an possit à iudicibus fidei hic reus condemnari? Et quidem si confessionem non reuocet, elatum est, ex illa condemnari posse; quia nulla aliorum probatio huius delicti esse potest, quam illa, quae ex proprio delinquentis ore habetur ad text. in c. vestra. cap. in de calumnia. clericorum. & mulier. c. i. l. c. de confessis. l. qui habitant. C. de panis. Et licet in aliis delictis sola confessio, cum de corpore delicti non constat, insufficientis videatur ad condemnandum l. 1. §. item illud ff. ad senat. consult. Syllanian. ubi Bart. & Bald. in aurb. sed nouo iure. C. de seru. fugiatius. & Aet. in l. c. de confessis. At cum hoc crimen interius potius, quam exterius periciatur, nulla de corpore delicti probatio requiritur, sed sola confessione delinquentis probatum esse censetur: ut alius relatis docet Pegna dicit. 3. p. n. 117. tit. de sen. quib. reor. com. 28. in prin. vers. quoniam Simanc. cathol. in tit. 13. rub. de confessis. n. 1. Malcard. de probationib. lib. 2. conclus. 59. n. 1. c. segg. lat. q. 183. n. 73. Martin. del Rio de iur. lib. 5. §. 11. Rojas tr. de heret. 2. p. n. 55.

Debet tamen haec confessio specialis esse, scilicet quae fingit heresim aliquam specialem declarari, alias insufficientes erit condemnationi. Quapropter si quis solam generaliter dixerit se haereticum fuisse, nihil haereticum declarat, non sufficit haec confessio, ut tantquam haereticis condemnetur, quia forte ex errore procedat, quo existimat haereticum, quae vere haereticus non est. Valeret autem si diceret se Lutheranum esse, quia tunc iam exprimit errorem, quibus fuit assensus: sic Simanc. cathol. in tit. 13. n. 3. c. 4. in rubric. tit. 12. n. 2. Farinac. n. 74. Dec. tr. crim. in lib. 4. §. de heret. 2. p. n. 268.

Quod si confessionem factam reuocet, distinguendum est si illam reuocet incontinenti, & in praesentia iudicis, ex illa condemnari non potest, quia credendum est ex lapsu linguae, vel ex metu, aut timore, vel ex alia causa extrinseca factam fuisse: sic Rojas trad. de heret. 2. p. n. 260. & multis allegatis docet Farin. q. 81. ubi de reo confesso, & conuicto n. 348. Si autem iam fuit à iudice, vel à fiscalibus accepta, tunc si reuocet, errore probato, valida est reuocatio; neque ex prima confessione condemnari potest: sic Simanc. tit. 13. n. 1. c. 14. Farin. de heresi q. 183. n. 75. c. q. 81. ubi de reo confesso, & conuicto agit. Debet autem non solum errorem probare, sed probare causam quare fecerit. Hoc autem sufficiens probatur, si probet metum vel à iudice, vel ab alio extrinseco illatum. Item si multum tempus praeterfuit, in quo obliuio praesumi potest: sic multos refertens Farin. q. 81. n. 344.

Quod si reuocatio neque in continenti fit, neque errore probato, adhuc existimat Didac. Canera quae criminal. rub. de haereticis. cap. 1. n. 70. efficacem esse ad infirmendam primam confessionem, ita ut ex illa non possit reus curiae seculari tradi; nisi forte constaret ex malitia reuocationem factam esse: quia prima confessio ceteris efficax est ad sic confessionem condemnandum, quatenus in suo robore, & firmitate persistit. At ex reuocatione facta minuitur eius firmitas, cum tota firmitas confessionis ex approbatione consistentis provenit. Ergo tota eius firmitas destruitur ex eiusdem reprobatione. Caterum haec sententia nulla ratione sustentenda est, sed omnino dicendum cum Farinac. q. 183. n. 75. nullius valoris esse reuocationem confessionis, sive facta errore non probato; sed illa reuocatio non obstat potest, & debere sic confessionem curiae seculari tradi tantquam impenitentem, si vel ipsam confessionem factam non approbat, & criminis penitentiam expostulat, vel errorem in praecedenti confessione commissum non ostendit. Et ratio est manifestis, quia prima ipsa confessio semper firma persistit, quoties error in ea commissus non ostenditur; quia nullus praesumitur contra se dicere testimonium falsum, eaque de causa qui reuocet errorem non probato, neque causa allegata erroris ad eundem non est. Alias nullus haereticus confessus damnari possit, cum omnino ante damnationem reuocare confessionem possent: sic tradit loquens in genere de cuiuslibet delicti confessione Paris de Puteo de iudicatu. verbis tortus. c. 8. n. 1. vers. nisi confessionem reuocet. Canera. praef. in l. tract. de appellatione §. reuocatus casus. n. 23. ad finem in §. tract. de homicid. p. 11. excusat. c. n. 24. Monticel. q. 120. n. 7. vers. quod verum Franc. Personat. de iudiciis. c. 2. vers. ubi sum. d. 1. quos refert & sequitur Farinac. q. 81. num. 344. & faciunt omnia, quae adducit toto illo cap. 9.

§. I I.

De obligatione haeretici dicendi verum, cum à iudicibus fidei interrogatur.

- 1 Obligatus es fateri veritatem, si legitime interrogaris.
2 Si testibus confessibus conuictus es, & ob hanc causam mors damnaris, teneris crimen fateri, esto ex tali confessione mortem non euites.
3 Crimen tibi falso impositum possis ne fateri ad euitendam mortem examinatur. & decisio Doctoribus remittitur.
4 An ob vitia grauiora tormeta possis crimē tibi falso impositū Fed. de Caitro Sum. Mors. Paris l.

fateri. Proponitur dubitandi ratio.
5 Approbatur unico casu excepto.

1 Efficere potest reus in veritate, vel negando crimen commissum, vel sibi falsum imponendo, & de utroque est dicendum. Primo dubitatur, an haereticum probatum testibus teneris fateri? Non est dubium te obligatum esse illum fateri, si verē commisit, iudice legitime interrogante: quia si in aliis delictis haec obligatio inest, à fortiori eum haereticum. Solum videris excusatus in casu quo ex confessione pena mortis tibi esset imponenda, & negando delictum hanc penam euitares, tunc si dolens de peccato, & tibi iuppert alia via impetrandi absolutionem ab incurra excommunicatione, probabilitate non videtur carere te posse in respondendo amphibologia uti; ut bene probat Lessius lib. 2. de iustitia cap. 31. dub. 3. num. 16. secunda editione quae omnia latius examinabimus in tractatu de iudice, teste, & reo.

2 At si testibus confessibus conuictus es, & ob hanc rationem tanquam negatus damnaris, credo te obligatum esse sub mortali crimine fateri publice, neque posse alia via à peccatis absolui: sic docuit Thomas Sanchez lib. 3. in De calog. cap. 7. num. 11. sine, vers. sine excipiendus. Ratio est, quia media illa confessione euitare potes mortem tibi imminentem, quam euitare teneris si commodè potes, quia non es dominus vitae, & dato quod euitare non posses, eo quod sis relapsus, vel quia non praesumeris ex vero corde conuerti, cum ita tardè ad penitentiam accesseris: at euitas ne ælimeris impetrens & pertinax decedere è vita; ad quam existimationem grauissimum fundamentum praebes. Teneris ergo hoc scandalum euitare. Neque obstat te in aliis delictis obligatum non esse post condemnationem confiteri delictum prius negatum, quia ex illorum negatione non cauas scandalum, sicuti causas in negatione haereticis, neque testibus iudici, aut alteri tertio damnum inferis, ut late expendit Sanchez loco allegato supra.

3 Secundo dubitatur, an si falsis testibus conuictus sis, & ob eam causam damnaris, possis ad euitandam mortem confiteri crimen tibi falso impositum? Negat Pegna tertia parte d. rectoris, num. 210. commentario 48. vers. quomobrem. Sotus libro 4. de iustitia. c. iure. questionis 2. articulo 3. conclusio 4. Couarruias libro 1. variarium, capite 2. numero 8. Monstratum quia si crimen fateris non commissum, mentiris: mendacium autem illicitum semper est, & in materia graui mortale peccatum. Ergo. Tum quia licet pro tuendo honore possis diuitias effundere, & pro tuenda vita honorem, ut prope inferioris ordinis. Hoc autem intelligitur, quando honorem, & diuitias proprias effundis. Secus verò si honor, & diuitiae alienae sint. At qui crimen haereticis sibi imponit, non solum eius honorem, & famam laedit, sed etiam filiorum, & nepotum, & consanguineorum. Ergo ex hac parte à criminis confessionis impeditur.

Verum haec rationes non videntur convincere. Non prima, quia fateri optime potes crimen non commissum absque mendacio, si subintelligas te commississe non verè, sed praesumptiuè, & aliorum aestimatione. Non secunda, quia ex confessione criminis non infamas filios, & consanguineos, imò potius minus infamiam, quae ex condemnatione ob probationem testium illis provenire debet. Nam si condemnaris ut negatiuus, filij, & nepotes ab officiis, & beneficiis manent exclusi: secus verò, si facta confessione ad penitentiam recipis. Ergo illa confessio potius utilitatem, quam dampnum offert. Deinde si mortis negatiuus, omnes praesumunt te impenitentem, & haereticum morti, ac proinde scandalum omnibus es. facta autem confessione & ad penitentiam receptus hoc scandalum reparas, & omnino tollis. Ergo poteris fateri crimen. Adde, quilibet tenetur suam vitam conseruare, quando commodè potest, sed fatendo crimen sic probatum conseruas vitam, quam negando crimen, omnino perdis, & ex tali confessione, ut probatum est, nullum tibi, neque consanguineis dampnum accrescit. Ergo non solum potes crimen sic probatum fateri, sed videris teneri. Propter haec salua pace tantorum virorum reputatem securè & probabiliter posse impositum crimen admittere, & pro illo penitentiam expostulare. Decisionem tamen remitto iudicio Ecclesiae, & Doctorum.

4 Tertio dubitatur, an ob vitanda grauiora tormeta, possis haereticum non commissum, at semiplene probatum fateri, & misericordiam expostulare?

Ratio dubitandi est, quia ob hanc causam potes tibi crimen homicidij, aut furti imponere, etiam si inde mortis sis damnandus, quia cum tanto dolore, & labore non teneris vitam, & honorem conseruare. Sicuti non teneris seclusionem membrorum pati, ut vitam conseruas. Neque illud est te ipsum occidere, sed potius ab vna continua, & molesta occasione liberare. Iudici autem, & testibus non facis iniuriam, cum ipsi intentum habeant, si crimen fateris. Ergo nulla superest ratio, ob quam sit illicitum, & ita cum Tolero, Augustino, & Syluest. docet Lessius lib. 2. c. 11. dub. 7. num. 41. Ergo idem est dicendum in crimine haereticis, praecipue cum ex eius confessione, sic ex animo, & corde fiat, non mors, sed vita conceditur. Quod si dicas illicitam esse hanc confessionem, tum ob infamiam, quae consanguineis accrescit,